Subordo V.
Lecythideae.
Lecythis Loeffl.
Lecythopsis Schrk.
Couratari Aubl.
Eschweilera Mart.
Bertholletia Mart.

(Schluss folgt.)

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XV.

(Schluss.)

474 *Graphinae* sect. *Platygrammina* Müll. Arg. Characteres ut in sectione *Platygraphina*, sed perithecium dimidiatum, basi sub lamina deficiens. Hujus loci sunt:

Graphina (s. *Platygrammina*) *Columbiana* Müll. Arg. L. B. n. 209. — In Nova Granata (Lindig n. 877, 897, 2685, 2732) et prope Caracas (Dr. Ernst).

Graphina (s. *Platygrammina*) *hololeucoides*; *Graphis hololeucoides* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 135; Krplh. Lich. Warm. n. 100. — In Nova Granata et in Brasilia (Dr. Warming).

Graphina (s. *Platygrammina*) *obtecta* Müll. Arg. Lich. Afr. occid. n. 32. — In Africae trop. occid. regione Quillu (Pechuel-Loesche n. 300 p. p.).

475. *Graphinae* sect. *Chlorographina* Müll. Arg. Lirellae crasse thallino-vestitae, sub strato thallino pallidae aut coloratae, margines crassi, conniventi-subclausi, haud longitrorsum sulcati, basin versus saepe expallentes v. fere indistincti; discus subcoloratus, subvestitus, angustus, concavus. Hic pertinent praeter alias numerosas: *Graphina Balfourii*, *G. chloroleuca*, *G. triphora*, *Gr. frumentaria* Müll. Arg. loc. diversis, et:

Graphina (s. *Chlorographina*) *Balbisii*; *Graphis Balbisii* Fée Ess. p. 48 t. 10 fig. 5, e St. Domingo, et (ex hb. Hamp.) in cortice Cinchonae.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0399-2

476. *Phaeographina* Müll. Arg. Omnia ut in genere *Graphina* sed sporae fuscae v. pallide fuscae, aut, si placet, omnia ut in genere *Phaeographide* sed sporae parenchymatice divisae. — *Leiorreuma* Auct. pr. p.

477. *Phaeographinae* sect. *Homoloma* Müll. Arg. — Genus *Thecographa* Mass. Esam. compar. p. 35. — Perithecia fusco-nigra, haud strato thallino vestita, haud sulcata, basi completa; margines crassi, conniventes; discus niger et angustus.

Phaeographina (s. *Homoloma*) *prosiliens*; *Opegrapha prosiliens* Montg. et v. d. Bosch in Montg. Syll. p. 349 et Lich. Jav. p. 42. — In insula Java, sed *Opegrapha sclerocarpa* Mey. et Flot. ibid. ab auctorib. citata e specim. orig. est diversissima.

478. *Phaeographinae* sect. *Diploloma* Müll. Arg. Lirellae strato thallino vestitae, perithecium fusco-nigrum, basi completum; margines crassi, conniventes; discus niger et angustus.

Phaeographina (s. *Diploloma*) *basaltica*; *Graphis basaltica* Krplh. in Warmingii Symbol. p. 393. — Prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 7120.

Phaeographina (s. *Diploloma*) *exserta*; *Graphis exserta* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 73. In Nova Caledonia.

479. *Phaeographina* (sect. *Diploloma*) *intricatissima* Müll. Arg. Thallus fusco- v. olivaceo-pallens, laevigatus, nitidulus, linea nigra limitatus; lirellae elongatae et dense dichotome ramoso-intricatae, emergentes, tantum $^1/_8$ mm. latae, usque ad apicem extus thallino-vestitae, margines leviter sulcati et integri, conniventes, discus angustus et niger, perithecium integre nigrum basi teres et ibidem vulgo tenuius at concolor; sporae in ascis octonae, subfuscae, 15—17 μ longae, $6^1/_2$ μ latae, transversim lenticulari-6-loculares, loculi superiores 1—3 longitrorsum divisi. — In insula Java (hb. lugd. bat.).

480. *Phaeographinae* sect. *Epiloma* Müll. Arg. Perithecii margines proprii nigri quasi superi, alte crasso-rhombeo-dilatati, circ. dimidia altitudine laminae abrupte deficientes, basi deficientes, cum disco angusto nigri v. subnigri, conniventes, thallino-vestiti.

481. *Phaeographina* (sect. *Epiloma*) *platyloma* Müll. Arg. Thallus hypophloeodes, olivaceus, laevis, linea nigra limitatus, lirellae erumpentes, 2—4 mm. longae, $^2/_3$—$^3/_4$ mm. latae, simplices

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0400-9

v. furcatim paullo ramosae, utrinque acutae, lateraliter thallo adscendente marginatae, margines proprii nigri, valde incrassati, in sectione verticali latiores quam alti, supra convexi v. plano-convexi, integri et latiuscule nigro-nudati, sulco arcte conniventes, in parte dimidia inferiore laminae nulli v. saltem non colorati; lamina et hypothecium hyalina; sporae in ascis solitariae, fuscae, oblongato-ellipsoideae, 110—150 μ longae, 28—40 μ latae, parenchymatice crebre multicellulosae. — Habitu thalli ad *Ph. scalpturatam* accedit, sed margines apice eximie horizontaliter dilatati sunt et discus non plano-apertus est. — In insula Java (hb. lugd. bat.).

482. *Phaeographinae* sect. *Eleutheroloma.* Perithecii margines nigri v. nigro-fusci, tenues v. subtenues, in lirellis evolutis inter se distantes, superne magis evoluti, inferne subevanescentes; discus late apertus, subplanus, nigro-fuscus. — Genus *Leiorreuma* Mass. pr. p. et *Leiogramma* Eschw. pr. p.

Phaeographina (s. *Eleutheroloma*) *scalpturata*; *Leiogramma scalpturatum* Eschw. Brasil. p. 97; *Graphis scalpturata* Ach. et Auct. *Graphina scalpturata* Müll. Arg. L. B. n. 150. Species latissime distributa.

Phaeographina (s. *Eleutheroloma*) *reticulata; Graphis reticulata* Fée in Bull. Soc. bot. de France 21 p. 29; *Graphina reticulata* Müll. Arg. L. B. n. 149. — In Brasilia prope Rio de Janeiro Glaziou n. 5475, et prope Xiririca: Puiggari n. 141.

Phaeographina (s. *Eleutheroloma*) *crassa*; *Graphis crassa* Fée in Bull. Soc. bot. de France 21 p. 30. — Prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 5034.

Phaeographina (s. *Eleutheroloma*) *lecanographa*; *Graphis lecanographa* Nyl. in Flora 1869 p. 123; *Graphina lecanographa* Müll. Arg. L. B. n. 151. — In Brasilia prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 2014, 5007, 6329, et prope Apiahy: Puiggari n. 347, 479, 501.

483. *Phaeographis* sect. *Chromogramma* Müll. Arg. Perithecium coloratum (fusco-purpurascens), completum, crassum, extus thallino-vestitum; discus latus, planus, nudus, coloratus.

Phaeographina (s. *Chromogramma*) *Montagnei*; *Graphis Montagnei* v. d. Bosch in Montg. Syll. p. 346; *Lecanactis Montagnei* Nyl. Enum. p. 134; *Graphina Montagnei* Müll. Arg. L. B. n. 156. — In insula Java: Junghuhn.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0401-4

484. *Phaeographinae* sect. *Chrooloma* Müll. Arg. Lirellae strato thallino vestitae, totae pallide (chryseo-rubello-fusco-) coloratae, margines crassi, conniventes, sub thallo profunde longitrorsum sulcati; discus angustus, pallidus.

Phaeographina (s. *Chrooloma*) *colubrosa*; *Graphis colubrosa* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 564. — Ad Rio Negro, et in Ceylonia (Thwaites).

485. *Porina trigastrica* Müll. Arg. Thallus virens, e laevi demum subgleboso-asperatus v. subgranosus, margine vix distincte nigro-limitatus, in parte laeviore peripherica obsolete desquamescens; apothecia crasse thallino-vestita, quasi in verruca thallina ambitu leviuscule radiatim 3—4-sulcata et tri- v. rarius tetragastrica sita, apice nigro-emergentia, primum vertice papilligera, demum poro aperta; paraphyses capillares, copiosae; asci 8-spori; sporae hyalinae, fusiformes, utrinque acutae v. subacuminatae, 65—85 μ longae, 13—14 μ latae, 6—9-loculares, loculi subaequilongi. — Subsimilis *P. mastoideae*, sed thallus minus laevis, apothecia crassius thallino-vestita et verrucae vestientes peculiariter 3—(4-)gibbosae. — In insula Java.

486. *Porina praestantior* Müll. Arg. Thallus tenuis, linea nigra tenui v. subindistincta limitatus, argillaceo-albidus v. albido-flavicans, laevis; apothecia a verruca vestita, vertice paullo depresso nuda et fusco-atra (sicca et madefacta), intus albido-pallida, vertice tantum nigrata; paraphyses capillares; asci 8-spori; sporae hyalinae, 60—100 μ longae, absque halone 15—20 μ latae, cum halone circ. 25 μ latae, fusiformes, utrinque acuminatae, 10—16-loculares, loculi ad extremitatem utramque conferti et abbreviati. — Similis *P. mastoideae*, sed thallus nonnihil flavescens, non virens, et sporae majores, loculi numerosiores. — In insula Java.

487. *Pyrenula santensis* Müll. Arg.; *Pyrenula mamillana* v. *santensis* Willey Cat. p. 29; *Verrucaria santensis* Tuck. ad Nyl. ex huj. Esposit. Pyrenoc. p. 45, nec non *Pyrenula convexa*, s. *Verrucaria marginata* v. *convexa* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 117, s. *Verrucaria convexa* Nyl. Lich. Husn. p. 23, et dein *Pyrenula punctella*, s. *Verrucaria punctella* Nyl. Pyrenoc. p. 46 et Prodr. Nov. Gran. p. 119, etiam in insula Java crescunt (hb. lugd. bat.).

488. *Pyrenula albella* Müll. Arg. Thallus mediocris, albellus, laevis, margine subeffusus; apothecia nigra, dimidiata v. sub-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0402-0

dimidiata, semiimmersa, depressa, basi $^1/_2$ mm. lata, crassa, juniora albido-subvestita v. cinerascentia, evoluta subnuda, vertice distincte sed leviter depressa et poro aperientia, perithecium lateraliter crassius, basi deficiens aut tenue; sporae in ascis angustis octonae, oblongo-ellipsoideae, 4-loculares, distincte fuscescentes, 16—18 μ longae et 8—9 μ latae. — Formam microcarpam simulat *Pyrenulae farreae*, sc. *Verrucariae farreae* Ach-pr. p., Nyl. Expos. Pyrenoc. p. 47, sed apothecia multo minora et sporae minores sunt. — Crescit corticola in insula Java (hb. lugd. bat.).

489. *Pyrenula sexlocularis* Müll. Arg.; *Verrucaria sexlocularis* Nyl. in Prodr. Nov. Granat. p. 118 in notula, Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 87; *Verrucaria aspistea* Nyl. Lich. exot. Bourb. p. 261 (ex specim. Boryan.), non ejusd. Pyrenoc., nec Ach., nec *Pyrenula aspistea* Fée. — Crescit in Nova Caledonia, et in Java (hb. lugd. bat.), nec non in insula Bourbon. (Bory in hb. Bornetiano).

490. *Polyblastia* Müll. Arg. Thallus pyrenulaceus v. tantum hyphemoideus; gonidia, ubi evoluta, concatenata; apothecia angiocarpica, poro aperientia; paraphyses distinctae, convexae; sporae hyalinae, parenchymaticae. — Omnes notae corticolae. — *Polyblastiae*, *Blastodesmiae*, *Microglaenae*, *Sphaeromphalis* et *Pyrenulae* species Auct.

1°. Sporae in ascis solitariae, raro geminae, maximae.

Polyblastia thelocarpoides; *Verrucaria thelocarpoides* Krplh. Lich. Argentin. p. 26. — In Republica Argentinensi.

Polyblastia intrusa; *Verrucaria intrusa* Nyl. Pyrenoc. p. 43. — In Bolivia.

2°. Sporae in ascis geminatae, multo minores quam in praecedentibus.

Polyblastia geminella; *Verrucaria geminella* Nyl. Expos. syn. Pyrenoc. p. 40. — Sporae 34—38 μ longae, 14—18 μ latae. — In Mexico.

Polyblastia dispora Müll. Arg. L. B. n. 47 (1877). Sporae 13—23 μ longae, 7—9 μ latae. — In Texas.

3°. Sporae in ascis circ. 4nae, caeterum ut in serie 2.°

Polyblastia Naegelii; *Pyrenula Naegelii* Hepp Fl. Europ. n. 469 c. ic. et descript. spor. — Sporae 23—50 μ longae, circ. 12 μ latae. — Apothecia minora, sporae autem majores quam in *P. lactea*. — In Helvetia.

Polyblastia lactea Körb. Par. p. 336; *Blastodesmia lactea* Mass.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0403-6

Ric. p. 181 (1853); *Microglaena lactea* Lönnr. in Flora 1858 p. 634. — Sporae 24—36 μ longae, 10—15 μ latae, — In Europa et America septentrionali.

Polyblastia tropica Müll. Arg. Diagn. Lich. Socotr. nov. p. 17. — Apothecia nuda ut demum in *P. sericea*; sporae 25—28 μ longae, 10 μ latae. — In insula Socotra.

4°. Sporae in ascis 8nae (v. simul hinc inde et pauciores).

Polyblastia sericea Massal. Symm. p. 99 (Framm. p. 26, nomen nudum), Körb. Par. p. 337. — Sporae 12—20 μ longae, 8—9 μ latae. — In Europa meridionali.

Polyblastia fallaciosa Arnold in Flora 1863 p. 8. Apothecia valde depressa. Sporae 15—18 μ longae, 6—7 μ latae. — In Europa.

Polyblastia Frankliniana; *Verrucaria Frankliniana* Leight. Lich. Arct. Amer. p. 199. — Perithecium dimidiatum. — In America arctica.

Polyblastia proponens; Verrucaria proponens Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 91. — Perithecium dimidiatum. Sporae 27—43 μ longae, 14—17 μ latae. — In Nova Caledonia.

Polyblastia interponens; Verrucaria interponens Nyl. Lich. Andam. p. 20. Perithecium integrum. Sporae 23—30 μ longae, 7—10 μ latae. — In Indiae Orientalis ins. Andaman.

Polyblastia ocellata; *Verrucaria ocellata* Leight. Lich. Amazon. p 458. Perithecia integra, obtecta. — In regione amazonica Brasiliae.

491. Anglica *Sphaeromphale Carrollii* Mudd Man. p. 283 etiam *Polyblastiae* generis esse videtur, sed absque specimine hac de re non certus sum.

492. Italica *Arthopyrenia Quercus* Mass. Ric. p. 169 (1853), Lich. ital. n. 168, s. *Pyrenula Quercus* Trev. Caratt. di dodici nov. gen. p 13, sporis hyalinis parenchymaticis praedita, non est *Polybastiae* species, sed exacte idem est ac *Mycoporum miserrimum* Nyl. Enum. gen. 145 (1858). Plantula ergo secundum prioritatis regulas *Mycoporum Quercus* nominanda est.

Redacteur: Dr. Singer. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (F. Huber) in Regensburg.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0404-2

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1882

Band/Volume: 65

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 397-402